

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[68\] : De Medea](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [68] : De Medea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[68\] : De Medea](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 07 : De Medea](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[68\] : De Medee](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[68\] : De Medee](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 298v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Médée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière

modification le 28/04/2023

Mythologia

modo se colligat, nullis horum motuum capitur; neque tamen sine diuina ope hanc tantam voluptatum periculorumq; multitudinem potest superare. hæc enim per hanc fabulam antiqui innuebant.

De Medea.

MEDeam rursus effinxerunt Solis filiam, quoniam plurimum possit bene affecti aeris natura, quæ prouenit è solis clementia: mores enim & animi motiones corporis temperamentum plerunque consequuntur. cum igitur Medea sit consilium Idyæ siue cognitionis filia; illa cum vi syderum cõsentit, quæ etiam deducit de celo, quia nemo sapiens iure appellari potest, nisi idem viribus planetarum moderetur, sibiq; ipsi imperet. opus est autem viro bono & sapienti cupiditatum fluiuos refrænare, multaq; efficere quæ vulgo videantur admirabilia. at vero qui libidinis, aut voluptatis alicuius causa, solum verterit, patriamq; & parentes & coniunctos prodiderit, quæ sunt animæ ratione præditæ consilia, quo pacto non in grauissimas miseras & omnium bonorum iacturam vno tempore illaberetur? sic igitur opus esse prudentia demonstrabant antiqui, & omnes sceleratos esse miseros.

De Iasone.

SIGNIFICABANT rursus per Iasonem, quem à iustissimo centauro Chirone educatum memorant, & artem medendi edoctum, animo adhibendam esse medicinam, quæ prudentia est, vt viri boni, & fortes, & prudentes efficiamur. hunc sequitur consilium siue Medea omnibus carissimis relictis, quoniam prudentia singula consilia debet antecedere, domanda est pertinacia, & superbia, & inuidia, & ira, quæ omnes animorum motus rationi & prudentiæ & medicinæ animorum sunt subiciendi. quæ nisi subegens, ipse subigaris necesse est. maximè verò omniû colenda est Deorum immortalium religio, quæ res est omniû virtutum, omnisq; felicitatis principium. in tot vero labores Iason nauigans incidit, quia prudentia nulla est nisi in difficilissimis rebus constituta. qui enim ad multas fortunæ mutationes & vicissitudines intrepidus non existat, hic neque bonus, neque prudens, neque constans iure potest appellari.

De Phye.

ATQVI fortunæ vicissitudines ferre æquo animo didicerit, cum omnino cuique ferre necesse sit; ille sapiens cû magna sua utilitate & non sine aliqua gloria existimari solet. quam fortunam huiusmodi placidè ferre non potuerit, ille tanquam Helle in mare amplissimum miseriarum delabitur ob mollem & muliebre animum. Qui vero sapienter rebus præsentibus vt cognouerit, ille proxime ad Deorum immortalium naturam accedere putandus est, sin imprudenter & superbe abutatur, is ex altissimo dignitatis & potentis gradu Deorum consilio tandem deicitur, quoniam superbos & crudeles odit Deus.

De